

1197

P A T R I S T I C I.

1198

In istis verbis describitur &c. ut ibi.

III. fol. 156. p. 2. Sententiae e PP. et Scriptoribus profanis collectae de *Ebrietate*, de *Praedicatione* verbi Dei, de *Sacerdotibus*, item *Expositio Orationis Dom.* ex ejusmodi Sententiis congesta, *Salutatio angelica* rhythmis hiulcis inclusa, et Interpretatio quorundam Nominum hebraicorum, puta: *Affwerus*, *Hester*, *Rechabita* &c.

IV. fol. 165. *Sermo de resurrectione.* Initium: *Augustinus in quodam sermone et Nichodemus in suo evangelio ostendunt &c.* Ex ungue leonem.

V. fol. 167. *Octo species uel casus turpitudinis quas quandoque conjugales solent exercere inter se.* Hic quoque non pauca inepta.

VI. fol. 169. usque ad finem *Sermonum* Congeries partim in *Dominicas*, partim in *Quadragesimam*, quos inter varii ex editis *Jacobi de Voragine* deprompti sunt. Primus *In Epiphania domini* incipit: *Omnes de saba venient &c.* *Ysa. 60.* *Saba est fluuius in Arabia* &c.

CCCVI. IX. g. 32.

638

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 350. 4. *datus olim*, ut praefert involucrum, *ad librariam collegij ducalis artistarum a Jodoco gartner de perching in sacra Theologia licenciato*, qui inter annos 1441 — 52. ter Rectoris Acad. *Vien.* munere functus est, sequentia complectitur ea-

dem manu exarata: I. Sententias PP. de variis Materiis moralibus, quae tamen Elencho praefixo non respondent ordine, et vix sextam illius partem exhauriunt.

II. fol. 13. succedit (Joh.) *Milicij Magistri Pragens.* *Sermo.* Thema: *Sacerdotes contempserunt legem meam &c. Ezech. XXII.* Initium: *Reuerendi patres ac domini sicut deus omnipotens pro salute humani generis misit patres sanctos &c.* Gravis objurgatio Sacerdotum officii oblatorum. De Autore a. 1374. vivis exemto dixi alibi.

III. fol. 20. *Hec dicitur epistola missa per luciferum domino clementi (VI.) sub anno domini M^o.CCCL.* Vide, quae de hujus furfuris *Epistolis* notata sunt ad *Codd.* varios, in *Indice.* Praefens incipit: *Lucifer princeps tenebrarum profundi tristitiae regens acbirontis imperia &c.* et si titulus recte habet, conficta est a quodam *Ludovici Bavari* adscula.

IV. fol. 22. p. 2. *Incipit Stella clericorum.* Ita: *Quasi stella matutina in medio nebulae &c.* Adi, si placet, *Indicem.*

V. fol. 33. *Exemplar litere quam magister de rodio domino duci veneciarum misit.* Nugae de *Antichristo* nato a. 1385. in *Babilonia*, quarum initium: *Notum sit vestre dominacioni ac deuocioni omnium dominorum ac comitatuum totius ytalie &c.* Exemplar germanicum relatum est alibi.

VI.

VI. fol. 34. p. 2. *Incipiunt Auctoritates diuerse. Et prima est Augustini. Loci communes Theologici de diuersis Fidei Morumque Capitibus. Initium: Deus est causa omnium rerum et esse omnium &c.*

VII. fol. 48. p. 2. Absque titulo major ejusmodi *Autoritatum* Collectio ordine alphabetico ad certa Capita revocata cum Prooemio, quod incipit: *Tempore quodam cum deuotionis causa librum quendam inspicerem auctoritas quaedam se obtulit &c.* Hinc natum esse hoc Opusculum. *In hoc autem pueri correctionem desidero, quod Speculum nominaui. — Conscripti autem ipsum cum ingenti labore Et Anno M^o. CCLXXXVI.* Sequitur Elenchus Capitum Literae A. *De Abusionibus. De Abstinencia generaliter. De Abstinencia et elemosyna. De Abstinencia et oracione &c.* Et sic deinceps Literis singulis Elenchus praefigitur. Initium facit: *Cyprianus in libro de XII. abusionibus seculi &c.* Magnae solertiae fuisse ignotum *Speculi* nostri Compilatore e decursu liquet, neque Bibliothecam illi defuisse. Addit ad calcem Librarius: *Explicunt Auctoritates Theologorum de diuersis materijs sub certis tytulis finite Anno domini M^o. CCCC^o. XX^o. VII.*

VIII. fol. 331. Mandatum *Johannis miseracione diuina tituli sancti Ciriaci sancte Romane Ecclesie presbiteri Cardinalis Pragen. et Olomucen. Ecclesiarum Com mendatarij ad Rectorem Ecclesie*

parochialis in Budweis, ut ad Ecclesiam parochialem in Lissow Pragen. dioc. vacantem per liberam resignacionem Johannis Swarczstereu artium liberal. Magistri inducat Johannem de Paczow Presbiterum Pragen. Dioc. praesentatum per famosum Nicolaum de Lobkowicz residentem in Hluboka, cum vero ad predictam ecclesiam pro hac vice tutus (ob turbas Hufiticas?) non pateat accessus, Crida siue proclamatio fiat Buduicij, promittatque Johannes ad sancta dei ewangelia manualiter tacta se non adhaesurum sectae Johannis Hus &c. Dat. posonij Strigonien. dioc. Anno domini MCCCCXXVII^o. die XXIII. mens. Julij. Vicariatus Ecclesie nostre Olomucen. sub Sigillo.

IX. fol. eod. p. 2. Literae, quibus *Nicolaus plebanus Ecclesie parochialis in Budweis, Magister Ciuium et Furati Ciuitatis praesentant Johanni Ep. supradicto ad Altare sanctorum Apostolorum omnium per mortem Nicolai cappellani nunc vacans discretum dominum virum M. Pragen. dioc. presbiterum. Dat. Anno Domini M^o. CCCC^o. XXVII^o. Sabato in crastino sancti procopij Confessoris.*

X. fol. et p. iisd. Literae, quibus supradictus *Johannes de Paczow* designatus Parochus in Lissow procuratorem ad possessionem capiendam constituit *Blasum Rectorem Ecclesie parochialis in Pysstyn Pragen. dioc. Anno M^o. quadringentesimo XXVII. Indiēt. quinta die secunda mensis Augusti.*

Augusti. — In Opido wiennensi in domo circumspēcti viri dicti wey-spachar. Testes nominantur: Johannes dictus Swarczsteren de Praga, Nicolaus de Sessna magistri uniuerstitatis Studij pragen. et Wenceslaus dictus lauring vicarius ecclesie wissegraden. prope pragam nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinentis. Notarius: Michael quondam Petri de Redifs clericus Olomucen. dioc.

XI. fol. 333. Hoc psalterium decurtauit Sanctus Ieronimus doctus per spiritum sanctum propter hos qui diuersis seculi necessitatibus vel curis sunt occupati. Qui uel infirmi uel in via uel in mari sunt constituti qui non possunt orare integrum psalterium saltim hoc legant ad placandum sibi deum ne propter negligentiam totalem eis irascatur. Magno nomine se tuetur pius impostor. Sunt autem Versus e Psalmis temere carpti, nisi quod Psalmus *Miserere* et *Domine exaudi orationem meam, auribus percipe* &c. integer dici iubetur subjuncta, ut ait, *Letania* et *Oratione*, quae adiecta est. Post quam: *Explicit psalterium sancti Ieronimi curtatum cum oratione.*

XII. fol. 335. p. 2. Incipit doctrina eximij doctoris Beati Augustini de Confessione. Initium: *Cum surgis ad orationem* &c. Nihil sincerior praecedente; neque enim Augustinus ullibi uult, ut sibi quis post completorium capitulum teneat.

XIII. fol. 336. p. 2. Incipiunt meditationes Bone super Misere-

re mei deus. Ita: *O ineffabilis misericordia et immensa pietas benignitatis tue christe ihesu* &c. Expenduntur finguli Versus Psalmi L.

XIV. fol. 339. Incipit meditatio beati Bernardi super Salue regina. Ita: *Ad salutandam virginem Primo debes eius magnitudinem considerare* &c. Reperitur etiam in *Bonauenturae Stimulo Amoris* P. III. c. 19. Alii Anselmo Lucensi tribuunt. Habetur tamen in Editionibus Bernardi.

XV. fol. 342. p. 2. Intitulaciones Psalterij. Notae illae, ad calcem Bibliorum primitus impressorum dictae Tituli aut Tabula, quae incipit: *Beatus vir qui non abiit — Istum psalmum fecit dauid quando constitutus fuit rex* &c. Addita sunt et reliqua Cantica Biblica, Symbolum Apostolorum, Hymnus Ambrosianus, et Symbolum *Quicumque*, de quo: *Istum psalmum fecit sanctus Anastasius* (supra eadem manu Athanasius) tempore Allexandro (fortasse Ep. Alexandrin.) in quo docebat de fide catholica. Et ad calcem: *Expliciunt intitulaciones Psalterij a curia Romana deunte* 1438.

XVI. fol. 347. p. 2. Collectio variarum Sententiarum et piarum *πραξεων*. Initium: *Florista dicit: Ocia dant vicia* &c.

XVII. fol. 349. p. 2. Super hijs articulis ventilatur questio inter mendicantes et curatos in sacro Concilio basilien. Articulus I. ita sonat: *Primo quod nulla Juris dispositione parochiani tenentur die-*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4288

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

bus Dominicis et solempnibus Mis-
sas in parochialibus proprijs eccle-
sijs audire sed ubicunque fuerit
eorum maior deuocio ibi possint au-
dire suis etiam pretermisiss pro-

prijs parochijs. Sequuntur VII. alii
de Oblationibus, Stipendiis Mis-
sae, Decimis &c. Omnes in fa-
vorem Mendicantium.

